



## CAPUT XI.

*De Visitatione Infirmorum.*

## §. I.

*De necessitate hujus Visitationis*

**Q**uia hæc functio Parochorum non nihil difficultatis & molestiæ in se habet, multi Parochorum ab ea abhorrent, prætendentes sufficere, si infirmi Sacramenta acceperint, néq; officium Parochiale plus ab illis exigere: Verùm Mercenariorum hæc vox est, non bonorum Pastorum, quos Christus jubet ponere animam pro ovibus suis. *Joan. 10.* Neq; verum est sufficere infirmis

mis

mis Sacramenta accepisse, sed insuper requiritur, ut gratiam & justitiam per Sacramenta acceptam ad extremum usq; vitæ Spiritum conservent: *qui enim perseveraverit usq; in finem, hic salvus erit. Matth. 24.* Ad hanc autem perseverantiã sæpe necessaria est assistentia Parochi propter tentationes & insultus Diaboli, qui tunc solent esse graviores & periculosiores, eò quod animus infirmi ad resistendum sit debilior, tentator importunior, & lapsus irreparabilis. *Va terra & mari,* (exclamat S. Joannes Apoc. 12.) *quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens, quod modicum tempus habeat:* Neque enim dubium esse potest, quin

Diabolus in illo agone conatus, fraudes & insidias exerat, ut hoc breve tempus, quod animæ ad vitam superest, in rem suam benè impendat: Sicut videlicet hostis in obsidione urbis extrema quæq; tentat, quando tempus hybernum, in quo obsidionem solvere cogitur, appropinquare advertit. Quapropter quantò major tunc est hostis Infernalis conatus ad infirmum oppugnandum, tantò major debet esse Parochi industria, sollicitudo & vigilantia ad resistendum, cùm ex hoc momento pendere soleat morientis æternitas. Quid enim juvat naviculam multo labore ad portum usque perduxisse, si eam tunc naufragari,

ari, & interi  
ut quis Par  
ni labore suc  
in erudiendo  
dirigendo p  
ine deserat,  
in cura educ  
in prædam  
metipfos, m  
offis, sed u  
cipiatis. 2. 3  
licet tale  
semper sul  
hilominus  
infirmo eju  
tremam u  
tia, ut scil  
adjuvante  
eliciat, p  
poralibus

gari, & interire nauta permittat ?  
aut quis Parocho fructus ex omni labore suo , quem impendit in erudiendo , admonendo , & dirigendo peccatore , si eum in fine deserat , & ovem , quam tanta cura educavit , lupo infernali in prædam relinquat ? *Videte vosmetipsos , ne perdatis , quæ operati estis , sed ut mercedem plenam accipiatis. 2. Joan. v. 8.* Et quidem licet tale per periculum non semper sub esse soleat , utilis nihilominus & valde proficua erit infirmo ejusmodi parochi ad extremam usque luctam assistentia , ut scilicet ipso dirigente & adjuvante varios virtutum actus eliciat , per quos pro pœnis temporalibus in altera vita persol-

vendis satisfaciat : neque enim minus beneficium erit aliquem ab igne Purgatorij præservare , quàm per preces & Suffragia ibidem detentum liberare.

---

§. II.

*De his , quæ Parocho observanda sunt inter accedendum ad infirmum.*

**U**T visitatio Infirmi cum fructu succedat, duo potissimum observanda sunt Parocho. Primum est, ut conetur prius in se excitare ardentissimum zelum & desiderium succurrendi animæ ad districtum DEI iudicium, & ad domum æternitatis suæ jam jam properanti: qui zelus

lus suscitari poterit, si Parochus consideret, Primò, quantam hæc Visitatio consolationem adferre possit infirmo, dum in extrema illa necessitate videt se habere amicum verè fidelem, qui afflictum & dejectum erigat, dubitanti consulat, & ad felicem æternitatem dirigat. Secundò, quod omnis labor, cura & sollicitudo, quam hæctenus istius hominis causâ suscepit, irrita omnino & sine fructu efficiatur, si ille vitæ suæ cursum infeliciter & in statu mortali finiat. Tertiò, quod omnis fructus Passionis, Sanguinis & mortis Christi respectu talis hominis pendeat ex unico hoc vitæ momento. Quartò quod hic idè In-

firm<sup>o</sup> sit olim futurus ex numero illorum, à quibus in Judicio propter negligentiam suam sit accusandus. Alterum quod Parochus observare debet, dum Infirmum accedit, est, ut conetur eum sibi reddere benevolum, offerendo ei sua obsequia, significando suam erga ipsum benevolentiam & Charitatem, atque intermittendo, quidquid ipsum offendere & alienare potest. Unde mortem ipse infirmo faciliè non denunciet, nec sermo institutus longior sit vel clamorosus, sed pauca quædam & selecta proponantur eaque suavitate aliquâ condiantur. Neque statim differendum de morte, vel Sacramentis, sed à rebus indif-

Pa  
 differentibus  
 chus ordina  
 constitution  
 re, domes  
 re, &c. Arq  
 si insensibil  
 ad res Spiri  
 coactus vi  
 sed natural

De his, qu  
 urgere

PRimum  
 nibus  
 curis solun  
 mæ suæ  
 monendi  
 domi rur

differentibus discursum Parochus ordiatur, puta à morbi constitutione, miserijs hujus vitæ, domesticorum sollicitudine, &c. Atque sic paulatim quasi insensibiliter eum transferat ad res Spirituales, ita ut non coactus videatur & violentus, sed naturalis.

---

§. III.

*De his, quæ Parochus potissimum  
urgere debet apud Infirmum.*

**P**rimum est, ut dimissis omnibus rerum temporalium curis solùm cogitet de salute animæ suæ; Undè & domestici monendi sunt, ut si fortè aliquid domi rurivè agendum occur-



rat, infirmum propterea non inquietent, sed ipsi inter se, quod optimum factu videbitur, consultant. Secundum est, ut Infirmus se imprimis exerceat in actibus perfectæ Contritionis, Amoris DEI super omnia, resignationis in Divinam voluntatem, Fidei, Spei, Gratitudinis, Patientiæ, &c. in quibus omnibus juvari & dirigi debet à Parocho per certas formulas ex approbatis Authoribus selectas & excerptas. Tertium est, ut, si Testamentum fieri debeat, Parochus infirmum urgeat ad disponendum domi suæ, ipse tamen nec Testis sit, nec Notarius, ( nisi modus testandi secundum SS. Canones alicubi, sicut

ficat in Di  
receptus fir  
deat, quid  
mento leg  
ris se trici  
rum odium  
currat. P  
tiam apud  
infirmi di  
stitutio, n  
pusillaniti  
gens, pra  
mantior v  
poralibus  
liberis su  
dis, &c.  
tentationi  
conv

sicut in Diœcesi Bambergensi, receptus sit ) multò minùs suadeat, quid huic vel illi in Testamento legandum, ne innumeris se tricis implicet, & aliquorum odium sine necessitate incurrat. Præterea explorabit etiam apud domesticos, quæ sit infirmi dispositio & animi constitutio, num videlicet non sit pusillanimis, salutis suæ negligens, præsumptuosus, justo amantior vitæ suæ, bonis temporalibus addictus, sollicitus de liberis suis post se relinquentibus, &c. Ut hac ratione illius tentationibus obviare, & media convenientia adhiberi possit.

CA-